

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Theodor Röling


**Summa Principalium controversiarum Calvinianarum Doct. Joh. Hoornbeekii
Prof. olim Leid. aucta & refutata à Theodoro Rölingio**

Rostochi[i]: Richel, 1667

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729959155>

Druck Freier  Zugang





Fg 3939.

547
XXX
XL

Summa
Principalium controversiarum Cal-
vinianarum
Doct. Joh. Hoornbeekii Prof. olim Leid.
aucta & refutata
à
THEODORO RÖLINGIO.
ROSTOCHI,
Typis JACOBI RICHELII, Sen. Typ. clc lcc LXVII.

XI.

F.g - 3939.

NOBILISS. AMPLISS. & PRUDENTIS
Inclytæ Civitatis Osnab. & Ecclesiæ Cathar.
SENATUL.
Patronis suis honorandis
Perennem in Christo salutem !



OSB OSB

Honoratissimi Domini, meritissimi Patres Patriæ.

DIes, quo Vester verè divinus amor me abs-
sentem vocavit ad munus Ecclesiasticum an-
gelicis tremendum humeris, mihi latus & tristis
fuit; LATUS consideranti singularem Dei provi-
dentiam in movendis sine mea & meorum operâ
Vestrīs animis ad me indignum eligendum &
aliis fortè dignioribus praferendum. TRISTIS per-
pendenti periculosa animarum curam, hacte-
nus enim tantum anima mea vi præcepti, nunc
autem tot animarum cura vi vocationis mihi in-
cumbit, incumbit mihi vix animam meam ser-
vanti tot animarum cura, hac addita commina-
tione: Sangvinem earum de manu tua repo-
scam, quæ res mihi jam per aliquot annos in
oculis & animo adeò versata, ut nunquam cer-
tam functionem Ecclesiasticam ambiverim; sed
in hunc usque diem, quantum per conscientiam
licuit, declinaverim, quod & hanc vice facerem
nisi manifesta legitima vocationis indicia per-
stringerent oculos, convincerent animum. Vi-
etas igitur do Deo per Vos volantim manus, obedi-
entes addo pedes; vietas do manus, fretus ea
spe, DEUM, qui Vobis Maximis meis Fautorib-
us dedit mentem me vocandi, mihi recte vocato
non denegaturum vires Vestræ vocationi, si non

ex toto, homo enim sum, saltem ex parte reſpon-
dendi; obedientes addo pedes, modò hoc unicum
à Vobis Venerandis meis Patronis dedicatio-
ne exiguarum harum pagellarum ad exercitium
aliquod privatum destinatarum impetravero, ut
nimirum paucarum septimanarum moram
non ægrè ferre velitis, nullum enim alium in
finem nisi ad honorem Summi Numinis &
commodum charissimæ Patriæ in transitu, ad
qvem me jam accinxī, qva possibile celeritate,
visurus sum unam aut alteram Germaniæ A-
cademiam, & collocuturus cum qvibusdam
Orthodoxis Theologis, quo facto sistam me
DEO & VOBIS. Valete interim Optimi Pa-
triæ & Ecclesiæ Patres & favere pergitē

Vest. Nobil. Amplit.

Datum Rostochi
An. 1667. M. Jun.

Observantissimo

THEODORO RÖLINGIO,

I. N. J.

(5)

I. N. J.

Proœmium.

AN dentur tres generales errorum Calvinianorum classes & duo eorum fontes?

Resp. Ita sine præjudicio veritatis & patrocinio falsitatis statuimus, referentes ad primam classem errores in articulo de *Cœna Domini*, qvi juxta vaticinium B. nostri Lutheri in lib. quod verba Christi adhuc firma stent alibiq;, genuit errores de *Persona & Officio Christi*, qvi recensentur ab Hoornbeek qvæst. I, & II. Ad secundam, errorem in articulo de *Providentiâ divinâ*, cuius fœtus sunt errores de *Prædestinatione & Conversione*, qvorum meminit Hoornb qv. III. IV. V. Ad tertiam errores in articulo de *Libertate Christianâ circa adiaphora*, qvi qvoniam non sunt tanti momenti ac hi modò numerati eos alii occasioni refutandos servabimus. Generales horum errorum fontes sunt duo: *Abusus rationis & novandi cupiditas*; Ex illo manarunt principales classis primæ & secundæ errores, ut non solum ex confessione Zwinglii in colloq. Marpurg. Tom. IV. Jen. Germ. p. 468. sed & ex ponderatione argumentorum, qvibus pro singulis ultimò pugnant, patet. Ex hoc profluxerunt minùs principales classis tertiaræ errores, ut non solum ex reformatione Carolostadii in Acad. Witteb. T. III. J. de Imag. & Miss. p. 38. sed & ex consideratione adiaphororum, qvæ leves vel nullas ob causas penitus abrogant, constat.

Nota i. Nos non calumniæ, sed discriminis & cautelæ ergo appellamus hosce nostros adversarios

à Calvinio præcipuo errorum Carolostadii & Zwinglii interpolatore & auctore Calvinianos, eodem jure, qvo Scriptura à Nicolao Nicolaitas, Ecclesia primi-
tiva ab Ario Arianos, à Nestorio Nestorianos. Ec-
clesia hodierna à Papâ Romano Papistas, à Socino
Socinianos, ipsi Calviniani nostrates à Lutherio Lu-
theranos appellant.

2. Qvæstiones, ut olim in Summâ Controversiarum Papalium sumsimus ex Hoornbeekij Summâ Controversiarum Religionis, & qvidem lib. I X. cujus titu-
lus de Lutheranismo, p. 726. edit. secundæ, ut ansam
haberemus ipsis adversarii verbis ostendere fidem
Calvinistarum subdolam in formando controversiarum
numero & statu, & statum enim & numerum
controversiarum principalium non raro dissimulat
Hoornbeekius, ut ex ipsâ tractatione videre est, cita-
vimusq; ad eas ex scriptis adversariorum Acta Colloq.
Mompelgartenfis edita Wittebergæ typ. Myliand. An.
1613. & Syllabum controversiarum cum Lutheninis Henrici
Altingij editum Amstel à Joh. Jans. 1647. ideò qvod illa
qvoad theses & responsiones à Viris apud Calvinianos
magni nominis, ut Theodoro Beza, Abrah. Mu-
sculo, Anthonio Fajo &c. præviâ meditatione &
liberatione concinnata, ac qvoad dissertationes
Theod. Bezae cum Jac. Andreæ bonâ fide relata
sint, testante Illustrissimo Principe Friderico in-
præf. Hic apud Gisbertum Voetium in Bibliotheca
Stud. Theolog. lib. II. p. 581. edit. Ultraj. An. 1651.
hoc singulare habeat elogium: *In primis Theologia E-
lenchitica D. Altingij ejusq; Exegesis Aug. Conf. cum subje-
ctis controversiis, quæ omnium in hoc genere scriptorum le-
ctioni præmittenda.*

Qvæ-

Quæstio prima.

Num Christi Corpus & Sanguis verè & substantialiter in sacrâ Cœnâ præsens sit, ita ut oraliter ibi, atque ab infidelibus etiam sumatur?

Hæc quæstio Hoornbeekii se dívidit in tres controversias: Prima est de genuino verborum institutionis sensu; Secunda de substantiali corporis & sanguinis Christi in S. Cœnâ præsentia; Tertia de oralí omnium & singulorum communicantium etiam infidelium manducaþione & bibitione.

Status primæ controversiæ est.

An hæc Salvatoris Sacramentum Cœnæ institutis verba: *Hoc est Corpus meum, Hoc est Sanguis meus,* propriè secundùm simplicem & nativum sensum absqve tropo & figurâ sint intelligenda & explicanda?

Affirmativam cum Zwinglio & nocturno ejus monitore amplectuntur Calviniani; sed mira cum sententiarum varietate: Alii subjectum *Hoc* depravant, & per adverbium *Hic* explicant, ut Carolo-Stadius &c. Alii copulam *Est* invadunt, & pro significat sumunt, ut Zwinglius &c. Alii ad prædicatum *Corpus & Sanguis* configunt, & in signum corporis & sanguinis mutant, ut Oecolampadius &c. Alii desperatae hujus causæ præsidium, nec in subjecto, nec in copula, neqve in prædicato præcisè, sed in totis his enunciationibus quærunt, easq; dicunt, vel rhe-

toricè impropias & Metonymicas, ut Calvinus &c.
vel logicè impropias & Analogicas, ut Keckēman-
nus &c. B. Lutherus hæc Sacramentariorum bella
jam sub initium infelicis hujus controversiæ refe-
rens tacitè indicat: *Cum in ipso statim exortu Sacra-
mentaria heresis, ita in diversas partes fuerit scissa, ut ex una
hydra instar septiceps quodammodo fieret, perinde hoc
fuisse quasi cœlo clamaret Spiritus Domini: Cavete ab
illahereside ut rectè quidam nostrorum non vulgaris
notari.*

Negativam cum B. Luthero & venerando Pa-
trum choro unanimiter tueruntur Evangelici. Qvia

I. Nulla necessitas nos à propriâ, simplici & na-
tivâ supra citatorum testamenti Christi verborum
significatione ad impropriam, variam & alienam Sa-
cramentariorum interpretationem pellit.

Referimus autem has propositiones sacra-
mentales: *Hoc est Corpus meum, Hoc est Sangvis meus,* (sal-
vis earum prærogativis) ad numerum earum propo-
sitionum, qvæ demonstrativæ & exhibitivæ vocan-
tur, & adhibentur ad complexum diversarum sub-
stantiarum suo modo unitarum, qvarum una in sen-
sus incurrit, altera verò sensibus non æqvè obvia est,
demonstrandum vel etiam exhibendum, qvales v. g.
sunt; *Quando debitor ostendens creditori marsupi-
um pecunia refertum dicit: Hoc est pecunia tua;* *Oe-
nopola exhibens hospiti cantharum vino plenum
ait: Hoc est vinum Rbenanum,* & ut qvivis sanæ men-
tis has

tis has communis usu tritas propositiones propriè & non tropicè intelligit & explicat, ita etiam has sacramentales propositiones propriè & non tropicè intelligendas & explicandas esse censemus. Proprius autem, simplex & nativus adductarum propositionum sensus est hic: *Pecunia in hoc marsupio contenta est pecunia tua; Vinum, quod tibi cum vel mediante hoc cantharo porrigo, est vinum Rhenanum; Corpus cum vel mediante hoc pane exhibitum est Corpus meum; Sanguis cum vel mediante hoc vino exhibitus est Sanguis meus.* Tò *Hoc* in verbis Christi supponit confusè pro eo quod cum pane & vino ad manducandum & bibendum à Christo porrigebatur. Tò *Est* indicat sacramentalem rerum terrestrium panis & vini cum rebus cœlestibus Corpore & Sanguine Christi unionem. Tò *Corpus* notat distinctè verum Christi corpus, quod ex Maria Virgine natum & pro mundo in mortem traditum est. Tò *Sanguis* verum Christi Sanguinem pro mundo in arâ crucis effusum & ad Novum Testamentum sanciendum ac in nobis ob-signandum ratione suæ substancialiæ necessarium, conf. Exod. XXIV, 8. cum Matth. XXVI, 28.

II. Evidens trium Evangelistarum & Apostoli Pauli consensus omnem tropum ab ultimis his Servatoris nostri verbis removet.

Subjectum *Hoc* à τῷ *Hic* Carolostadii vindicant Lucas & Paulus dum poculum grācē ~~τονήγξον~~ (quod formaliter non materialiter ipsum potum be-

nedictum in poculo contentum denotat, ut ex etymologią vocis, contextu & collatione reliqvorum Evangelistarum & Pauli cuivis obvium est) Sangvinem & communicationem Sangvinis Christi dicunt. Copulam *Est* pro significat cum Zwinglio sumendam non esse docent Matthæus XXVI, 26. 27. Marcus XIV, 22. 24. Lucas XXII, 19. 20. Paulus I. Cor. XI, 23. 24. dum uno ore Christum: *Hoc esse corpus suum, hoc esse Sangvinem suum Novi Testamenti dixisse referunt.* Prædicatum *Corpus & Sangvis in signum corporis & sanguinis* cum Oecolampadio mutandum non esse iterum uno ore monent quatuor modò citati sancti Dei viri locis notatis; dum Lucas & Paulus corpus pro nobis datum & fractum, Matthæus & Marcus sangvinem pro multis effusum hospitibus primæ Coenæ edendum & bibendum à Christo exhibitum esse memorant. Totas denique enunciationes à sordibus Calvini & Keckermannii præter Evangelistas in primis purgat Paulus dum I. Cor. X, 16. panem fractum participationem corporis Christi & calicem benedictum communicationem sangvinis Christi esse dicit.

III. Notabiles institutionis hujus Sacramenti circumstantiae proprium, simplicem & nativum harum propositionum sensum svaident.

Planè enim non est verisimile optimum & sapientissimum hujus Sacramenti authorem, ultimam suam de mysterio salutem universalis Ecclesiæ vel maximè concernente voluntatem in perplexis obscurorum

scurorum, inusitatorum, merè figuratorum & alibi
vocibus propriis non explicatorum verborum invo-
lucris charissimis suis hæredibus relinqvere veluisse.

Nota. Ut Calviniani ob temerarium rationis
judicium à proprietate verborum: *Hoc est Corpus me-
um, Hoc est Sanguis meus*; ita Pontificii ob lucrosum
Missæ sacrificium à proprietate verborum: *Qvod pro
yobis traditur, Hoc facite in mei recordationem*, recedunt.
Calvinianos à proprietate horum verborum recede-
re constat ex his Bezæ & sociorum in colloq. Mom-
pelg. Resp. ad dogm. i. p. 26. *Nos contra existimamus
verba institutionis Domini, κτ̄ ρ̄ πν̄στ̄ accipi, salvā
fidei analogiā non posse. & ex hac Altingii in Syll. p. 143.
Panis est Corpus Christi & Vinum ejus Sanguis - per Me-
tonymiam sacramentalem, quarerum signatarum corpo-
ris nimirum ac sanguinis nomina signis ipsis pani & vino
tribuuntur; discedere ob temerarium rationis judi-
cium, argumenta illorum, qvæ qvoad maximam
partenī fictis inter articulos fidei contradictionibus,
& principiis rationis partim falsis, partim malè ap-
plicatis nituntur. Pontificios à proprietate citato-
rum verborum recedere patet ex Concil. Trid. sess.
XXII cap. i. & can. 2. Bellarm. lib. I. de Missa cap.
XII. §. Præter illa. Tom. III. ubi ρ̄ Traditur in Offer-
tur, & ρ̄ Facite in Sacrifice mutant; recedere ob
lucresum Missæ Sacrificium nundinationes & em-
ptiones privatarum Missarum sufficienter docent.
Adde qvod & Calviniani & Pontificii has enuncia-
tiones *Hoc est Corpus meum & Panis est Corpus meum*,*

malè

scd9955

(12)

malè dicant habendas esse pro æquipollentibus, Ursinus in colloq. Maulbrun. p. 267. 268. Ihr respon-
dit ad minorem per negationem, leugnet diese Redes/
das die zwo reden / das ist mein Leib / das
Brodt ist mein Leib/gleich gelten / welches wir
uns nicht versehen &c. Alting. in Syll. p 144.
Christus dicit de Pane, Hoc est Corpus meum. Necessum
est ergo ut Panis sit corpus Christi &c. Bellarm. I. III.
de Euchar. c. XIX. Si quis denique dicat, nullam fieri
mutationem, is cogetur dicere, panem non mutatum da-
tum esse Apostoli, & de illo esse dictum: Hoc est Corpus
meum, id est, Hic panis verus, ac triticeus vere ac propriè
est corpus meum, id. ib. §. Qvod vero. Hoc album ante
consecrationem supponit pro pane: post consecratio-
nem – pro quantitate remanente. In hoc ultimo tan-
tum apparet aliqua inter Calv. & Pont. dissensio.

status secundæ controversiæ est:

An ipsa corporis & sanguinis Christi substantia
per & propter Christi ordinantis & instituentis vir-
tutem & voluntatem pani & vino facta & Euchari-
stico modo supernaturali & incomprehensibili in
his terris præsens sit?

Neg. cum Hoornbeekio Theod Beza ejusq; so-
cii in colloq. Mompelg. th. III p 17. Henr. Alting.
in Syllabo controv. cum Luth. controv. de Coenâ
qv. I. p. 143. seqq.

Nos Aff. Qvia
I. Verba institutionis in proprio & literali sensu
accepta

(15)

accepta sacramentalem panis & corporis, vini & sanguinis Christi unionem inferunt. vid. controv. praeced. & conf. Gal. III, 15.

II. Explicatio S. Pauli, qvâ panem sacrum & Eucharisticum dicit esse ~~reveriā~~ & Cœnā & ~~reveriā~~ & ~~reveriā~~ & poculum sacrum ac Eucharisticum ~~reveriā~~ & ~~reveriā~~ & ~~reveriā~~ & realē corporis & sanguinis in S. Cœna præsentiam indicat. vid. i. Cor. X, 16. & conf. Chrysost. ad h. l.

III. Natura N. T. qvæ non consistit in significatiōne & adumbratione substantiæ absentis ut V. T. sed in exhibitione & communicatione ipsius substantiæ præsentis perpetuum substantialis corporis & sanguinis Christi in his terris testimonium requirit. vid. Exod. XXIV, 8. Heb. IX, II. 14. 19. 20. & conf. Coloss. II, 17. Heb. X, i. Adde I. Joh. V, 6. 8.

Nota. Ut Calviniani partem seu rem Cœnæ cœlestem suis tropis ; ita Pontificii partem seu rem Cœnæ terrestrem sua transubstantiatione sacrilegè tollunt. Prius constat ex his Bezæ in coll. Momp. p. 55. Veritas corporis Christi non concedit corpus Christi eo loco præsens esse, ubi panis cœna distribuitur: quod tantum in cœlo est, & non in terris, usq; ad diem extremi judicij. Alting. in Syll. p. 144 145. Est ergo panū non nisi monumentum ac memoriale pignus mortis Domini. Recordation non est corporaliter præsentium sed absentium. Posterius ex Concil. Trid. Sess. XIII, c. 4. & can. 2. Bellarm. lib. III. de

Euchar.

Euchar. cap. XVIII. § Erroribus Tom. III ubi totalem conversionem substantiae panis & vini in corpus & sanguinem Domini sub anathemate introducunt. Adde quod Bellarminus lib. IV. de Euchar. cap. XXIV. §. Ac primum. T. e. communionem sub una inter alias hac ratione astruat: *Non autem posset vinum in parva quantitate tamdiu conservari, quin acesceret, & corrumpatur.* ex qua vides ne vinum aescendo & intereundo proderet transubstantiationis figmentum inter alia contra scripturam & antiquitatem (ut expressè facetur Concil. Constant. sess. XIII.) laicis totum calicem benedictum ablatum esse.

Status tertiae controversiae est.

An præter mandationem corporis & bibitionem sanguinis Christi spiritualem in N. T. detur aliqua manducatio & bibitio sacramentalis, quâ omnes & singuli communicantes non solum digni & fideles, verum etiam indigni & infideles cum pane & vi-
no benedicto tanquam mediis divinitus institutis i-
psam corporis & sanguinis Christi substantiam ore
corporis tanquam instrumento divinitus ad id ordi-
nato licet non physicè & capernaiticè tamen verè &
realiter edant & bibant?

Neg. cum Hoornbeekio Beza ejusq; socii in coll.
Momp. th. IV. p. 18. Alting. in Syll. controv. de Cœ-
na qv. II. & III. p. 157. seq. & 167. seq.

Nos. Aff. Qvia

**I. Christus in verbis institutionis ad omnes & sin-
gulos**

gulos tunc communicantes & usq; ad finem mundi
communicaturos dicit: *Accipite, Edite Hoc est corpus
meum, Accipite, Bibite, Hoc est sanguis meus* (vide Hist.
S. Cœnæ apud tres priores Evang & Paulum) & o-
mnnes primæ Cœnæ hospites (inter quos etiam fuit Ju-
das Ischarioth ut colligitur ex Luc. XXII, 21. Joh.
XIII, 30.) ex poculo cum vino Eucharistico sangu-
inem Dominicum ei sacramentaliter unitum conti-
nente biberunt. teste Marco XIV, 23.

II. Paulus etiam de indignis & infidelibus afferit
non solum quod participes hant panis & vini bene-
dicti quæ sunt *communicatio corporis & sanguinis
Christi*, sed & quod manducando tales panem & bi-
bendo tale vinum indignè rei hant corporis & san-
guinis Domini, eo ipso quod illa manducazione & bi-
bitione non discernant non signa corporis & sanguini-
nis, ut putant Calviniani, sed ipsum *corpus & ipsum
sanguinem Domini ibi præsentem*, ut statuit S. Pau-
lus. I. Cor. X, 16. 17. & XI, 27. 29.

III. Ut incredulitas accipientis baptismum ita
etiam sumentis Cœnam non tollit substantiam sed
tantum salutarem usum rerum coelestium horum Sa-
cramentorum, juxta regulam hactenus ab utraqve
parte contra Pontificios defensam: *Incredulitas five
perfidia hominum non potest fidem five promissionem Dei
reddere irritam.*

Nota. Ut Calviniani fidem ad manducazionem
sacramentalem reqvirendo manducazionem sacra-
mentalem: Ita Pontificii veteriores, fidem, recen-

10

tiores, influxum fidei activum à mandatione spirituali excludendo mandationem spiritualem violant. Prius constat ex his Bezae in coll. Momp. Resp. ad th. I. p. 22. *Ipsius Christi nullam aliam statuimus perceptionem, sive in simplici verbo, ut Job. 6. sive in sacramentis, ut in institutione Cenæ Domini, nisi spiritualem, id est, eam, quæ Spiritus S. virtute & fidei instrumento peragit.* Alting. in syll. p. 168. *Hujusmodi mandationem sacramentalem, quæ corpus Christi in, cum, sub pane: sanguis ejus, in, cum, sub vino percipiatur, non agnoscimus.* Posterius ex concil. Trid. sess. VII. can. 6. de sacram. in genere, ubi ex mente vetustiorum Pontificiorum asseritur: *Sacmenta novæ legis conferre gratiam ipsam, saltem non ponentibus obicem.* conf. can. 8. ubi opus operatum veterum Scholasticorum sineulla limitatione approbatur & can. 16. ejusd. sess. de Baptismo, ubi baptismum parvulis prodeesse sine actu ipsorum fide docetur. Et Bell. lib. II. de effectu Sacr. c. I. §. igitur ut. Tom. III. *Voluntas, fides & penitentia in suscipiente adulto necessario requiruntur, ut dispositiones ex parte subjecti, non ut cause activæ.* Adde quod post concil. Trid. sess. XXI. cap. I. Bell. lib. I. de Euchar. cap. V. & VI. nec non lib. IV. cap. XXI. æqvè ac Alting in Syll. p. 158. uterq; cum aliis cap. VI. Job. de mandatione sacramentali interpretentur contra textum, contextum, chronologiam & auctoritatem Sanctorum, de textu, contextu & auctoritate Sanctorum, vid. prolixè Thom. de Vio Cajet. Cardin. S. Sixti ad Part. III. Thomæ qv. LXXX. art. 12. p. m. 268. ed. Antv. 1612. de Chronologiâ Andr. Rivetus celebris Doctor Calvin. in proœm. Cath. Ortod. qv.

I. §. 10.

I. S. 10. p. 14. edit. Lugd. 1630. habet hæc: *Additio Capernaum dixisse, veram Christi carnem non esse in Sacramento. Sed de Sacramento nulla cum fuit controversia, quod nondum erat institutum.*

COROLLARIA.

1. In his enunciationibus Ecclesiasticis: *Panis est corpus Christi, vinum est sanguis Christi, corpus de pane & sanguis de vino non tropicè nec logicè, sed quasi per accidens inusitatè prædicatur.*

2. Coexistentia duarum completarum substantiarum Sacramentalis malè dicitur *consubstantiatione*.

3. *Manducatio verè & propriè dicta fieri potest sine consequentibus physicis actionibus, ut contritione dentium, concoctione stomachi, transmutatione in chylum, sanguinem, semen & carnem, trajectione in secessum.*

II.

Num humana Christi natura sit ubiq; præsens, idq; ex communicatis sibi realiter divinæ naturæ proprietatibus nempè omnipræsentia, omniscientia, omnipotentia & adorabilitate?

Altera hæc quæstio Hoornbeek I commode includi potest tribus capitibus; Primum agit de communicatione proprietatum generaliter; Secundum

B

de com-

(16)
de communicatione naturarum & proprietatum di-
vinarum specialiter; Tertium de communicatione
omnipræsentia, omniscientia, omnipotentia & a-
dorabilitatis specialissimè.

Status controversia primi capituli est.

An proprium unius substantiae alteri substantiae
essentialiter quidem distinctae; sed tamen realiter
conjugatae propter intimam unionem verè sine sui
multiplicatione aut transfusione aut confusione
communicari possit aut communicetur ad communem
possessionem, usurpationem & denominatio-
nem?

Neg. cum Hoornb. Beza ejusque socii in coll.
Mompelg. Resp. ad th. V. p. 169. Alting in Syll. con-
trov. secunda de pers. Christi qv. I. p. 180. cum qui-
bus conferri possunt Keckerm. in System. Log. Com-
bach. in tract. de communic. idiom. aliique.

Nos Aff. Qvia

Manifesta talis communicationis exempla in
Scriptura & Natura invenimus: In Scriptura præ-
primis exemplum Λέγεται, qui se totum humanæ suæ
naturæ ad possessionem, juxta Joh. I, 14. Coloss II, 9.
Propria vero sua ἐνεργητικὰ seu operativa (qvæ præ-
ter essentialiam divinam aliquem respectum, ut omni-
præsentia &c. vel effectum ut omnipotentia in ordi-
ne ad creaturas inferunt) præter communem posse-
sionem, ad communem usurpationem & denomina-
tionem communicavit. vid. controv. immediate seq.

In Na-

In Natura præprimis exempla animæ & ignis: *Anima* v. g. intellectiva (idem suo modo de sensitiva & vegetativa valet) se totam corpori suo organico ad possessionem, juxta vulgaram regulam: *Anima intellectiva* est tota in toto & tota in singulis partibus sui totius. Propria verò sua ~~ἐργάζεται~~ seu operativa (qvæ se in & per membra corporis organica exerunt, ut vegetativa, sensitiva &c.) præter communem possessionem ad communem usurpationem & denominationem communicat. Pes non solum usurpat potentiam locomotivam, sed & ab eâ denominatur locontotivus &c. Oculus non solum usurpat potentiam visivam, sed & ab illa denominatur visdens &c. Os non solum usurpat potentiam risivam & locutivam, sed & ab eis denominatur ridens & loquens &c. *Ignis* v. g. fabrilis (idem suo modo de elementari & culinari valet) se totum ferro cùdendo ad possessionem, omnibus & singulis ferris partibus scipsum cum suis per potentiam finitam inseparabilibus proprietatibus insinuando & ineffabili qvadam ~~ἐπιχωρίον~~ communicatingo. Propria verò sua ~~ἐργάζεται~~ seu operativa (qvæ se in & per ferrum exerunt, ut calor, splendor &c.) præter communem possessionem ad communem usurpationem & denominationem dat communicando & communicat dando. Hinc ferrum ignitum non solum usurpat potentias calefaciendi & splendendi, sed & ab eis denominatur calidum & splendidum. De priori simili Symbolum, qvod dicitur, Athanasium: *Sicut anima rationalis, & caro nus est homo: ita*

Deus & Homo, unus est Christus. De posteriori Damasc. lib. III. Orthod. Fid. cap. XVII. Caro Domini divinis actionibus dicta est propter purissimam ad verbum unionem i. e. hypostasin, nequaquam naturalium proprietatum exidentiam sustinens. Non enim secundum propriam actionem, sed propter unitum sibi ferrum divina operatur, verbo per eam, propriam manifestante actionem. Nam & urit ignitum ferrum non materiali ratione ustivam possidens actionem, sed ex unione ignis ad ferrum illud obtinet.

Nota. Ut Calviniani ita etiam Jesuitæ realem proprietatum communicationem negant & impugnant. Beza in coll. Mompelg Resp. ad th. V. p. 169. Stat illa regula universalis; neque naturam de natura, neque proprietates unius naturæ posse alteri attribui. Bellatm. lib. III. de Incarn. cap. X. §. Denique ipsa. Tom. I. Anima non communicat corpori suas veras proprietates, neque corpus animæ. Non enim corpus intelligit, discurrit, deliberat, que sunt propria animæ: neque est contrario anima currit, sedet, esurit, scit, quæ sunt propria corporis. Id. ib. c. VIII. §. Secundum est. In ferro carenti non sit communicatio idiomatum. Non enim calor dicitur ferrum, nec ferrum calor. conf. cap. X. §. Similitudo quoque ferri carentis.

Status primæ controversiæ secundi capituli est.

An humana Christi natura post sui cum Néyω unionem in ipsâ filii Dei personâ sibi verè & realiter communicatâ unâ cum divinâ Néȳs naturâ subsistat?

Neg.

Neg. cum Hoornb. Alting. in Syll. controv. secundâ de pers. Christi qv. I. p. 186. Wendelin. suæ Theol. lib. I. cap. XVI. num. 6. reg. 2. p. m. 266. seq.

Nos Aff. Qvia

I. Per assumptionem humanitatis in divinam Filii Dei personam ex Deo & homine facta est una numero persona composita. Joh. I, 14. I. Tim. II, 5.

II. Posito humanam Christi naturam neutiquam ἀρχή personalitatem sibi habere communicatam, ut volunt citati authores, necessariò sequitur, eam esse aut ἐνομίσατε, omni omnino subsistentiâ destitutam, aut ἀγνομίσατε, propriâ eâq; ab hypostasi Filii Dei diversâ subsistentiâ præditam, utrumq; dissolvit unitatē personæ numericam, adeoq; falsum & plus qvā Nestorianum, manet igitur humanam Christi naturam esse ἐνομίσατε, divinæ Filii Dei subsistentiæ per & propter unionem cum eo personalem reverâ participem.

Status secundæ controv. secund. cap. est.

An inter divinam & humanam Christi naturam mediante unione personali talis detur $\pi\epsilon\chi\rho\mu\sigma\tau\epsilon$, qva divina Christi natura immeans, carnis & sanguinis, & humana Christi natura immeabilis, totius Deitatis plenitudinis, verè & realiter particeps facta sit?

Neg. cum Hoornb. Beza ejusq; socii in coll. Momp. Resp. ad th. VI. & VII. p. 169. Alting. controv. secundâ de pers. Christi p. 179. B 3 Nos

Nos Aff. Qvia

I. Filius Dei verè ut pueri habet carnem & sanguinem & humana Filii Dei natura realiter ut proprium Filii Dei corpus possidet totam Deitatis plenitudinem. Heb. II, 14. Coloss. II, 9.

II. Posito divinam Christi naturam humana & humnam divinam nullo modo factam esse participem, ut putant citati viri, falsæ sunt hæc propositiones personales Deus est homo, homo est Deus; sublata enim hac communicatione hæc concreta naturarum Deus & Homo de se invicem non nisi contradictoriè dici possunt.

Status tertiae controversiæ secundi capituli est triplex, ob triplicem in triplici communicationis & prædicationis idiomatum genere inter nos & Calvinianos controversiam.

Status controversiæ primi generis.

An concreto divinæ Christi naturæ, humana, & concreto humanæ naturæ, divina, non solùm quoad vocem, sed etiam quoad rem voce significatam absque allæosi Rhetorica rectè tribuantur?

Neg. cum Hoornbeek. in Sum. Controv. lib. VI. p. 450. 451. Beza & socii ejus in coll. Mompelg. Resp. ad dogma primum p. 176. Trencatius l. II. instit. de Pers. Christi p. 82.

2 Nos Affirm. Qvia

I. Utraqve natura Christi in una singulari & indi-

visa

visa Filii Dei personalitate verè, propriè & realiter
subsistit, vid. prim. controv. secundi cap. hujus artic.
& conf. Symb. qvod vocatur, Apostolicum.

II. Posito passionem soli humanæ Christi naturæ proprie & realiter, Deo autem seu Filio Dei non nisi impropriè & verbaliter competere, ut volunt cum citatis authoribus plerique Calviniani, vana & frustranea est nostra in cruentam Jesu Christi satisfactionem fiducia, humanitas enim à Filio Dei per particulam exclusivam & allæos in Rhethoricam ratione passionis separata, non potest, ut ex fine incarnationis constat, pro infinito nostro in infinitum Deum delicto infinitæ justitiae satisfacere.

Status controversiæ secundi generis.

An Deus Christo secundum humanam naturam præter dona creata propria $\lambda\epsilon\gamma\varsigma$ increata per unionem personalem aliquo modo ($\kappa\tau$ sc. $\zeta\omega\delta\pi\alpha\sigma\pi$ $\iota\omega\omega\zeta\pi\pi\kappa\mu\lambda\omega$) reipsa communicaverit ad communem possessionem, usurpationem & denominationem?

Neg. cum Hoornb. Beza & Socii ejus in Coll. Momp. Resp. ad th. VI. & VII. p. 169. item p. 181. Alting. in Syll. controv. secundâ de Pers. Christi tractat. qv. gen. p. 180. seqq.

Nos Aff. Qvia

I. Secundum naturam indigam & perfectibilem
B 4 doni

donis increatis undatus Psal. XLV, 8 Lue. I, 35. Act. X,
38. & coronatus est Dan. VII, 13. 14. Marc. XVI, 19. 20.
Philip. II. à 5. ad 12.

II. Posito Christum quatenus filius hominis nec Deitatis
neque Deitatis proprietatum ullo modo factum esse partici-
pem, ut cum Samosateno impiè docent adversarii, u-
nio personalis non solum omnibus aliis unionis
modis inferior, sed & homo Christus hominibus
sanctis infelicior. His enim Scriptura tribuit II. Pet.
I, 4. participationem divinæ naturæ & communio-
nem cum Deo I. Joh. I, 3. 6. quam adversarii illi im-
portunè denegant.

Status controversiæ tertii generis.

An in Christo utraq; natura agat & patiatur, quod
cuiq; proprium est, cum communicatione alterius
ad commune opus officii producendum?

Neg. cum Hoornb. Beza & socii ejus in coll. M.
Resp. ad th. X. p. 170. Alting. in Syll. de pers. Christi
tract. gen. in th. p. 184. cum quibus conferri possunt
Trelocatius I. II. instit. Theol. p. 78. & 89. Keckerm.
I. III. Syst. Theol. c. III. p. 271. &c.

Nos Aff. Qvia

I. Humanæ operationes Mediatori à divinitate &
divinæ ab humanitate denominato verè & propriè
assignantur. vid. Act. XX, 28. I. Joh. I, 7. & conf. con-
trov. dues proximè præced.

II. Posito

X.
O.
tia
ci-
u-
is
us
t.
o-
n.

H. Posito utramque Mediatrix naturam distincte sine
reali actionum inter se communicatione operari, ut afferit
cum citatis Danæus ad c. XVII. lib. Chemn. de duab.
nat. in Christo his: In communione apostolice efficiendo u-
naquæs natura habet suam, sibi propriam operationem,
quam alteri naturæ sibi unitæ nequaquam communicat.
necessariò seqvitur Nestoriana personæ divisio. Qui-
cunque enim dividit actiones is dividit personam
cujus actiones sunt. Qui distinguit ita actiones, ut
nullam realem inter eas admittat communionem, is
dividit actiones. E. qui distinguit ita actiones, ut nul-
lam realem inter eas admittat communionem, is di-
vidit personam cuius actiones sunt.

Nota. Ut Calviniani ita etiam Pontificii realem
subsistentiæ, naturarum & proprietatum divinarum
λέγει quantum ad rei summam attinet negant & im-
pugnant. Communicationem idiomatum realem faci-
mus, inquit Beza ejusq; socii in coll. Momp. Resp. ad
dog. I. p. 176. ut ipsam unionem: non tamen natura-
rum, sed unitatis personæ respectu. conf. Resp. ad th.
XXI. p. 174. Communicatio idiomatum non est realis respe-
ctu ipsarum naturarum, ait Bellarm. I. III. de Incarn. c.
IX. §. Secundò ex unione, sed respectu hypostasis utriusq;
naturæ. conf. cap. immed. seq. cuius titulus: Ex uni-
one hypostaticâ non fluxisse communicationem idiomatum
realem respectu naturarum. Bellarminus quidem his
locis videri vult à Calvinianis dissentire, sed fingit
Calvinianos profiteri communicationem planè verba-
lem esse, ut ex citatis Bezae & aliorum assertionibus
patet. Idem cap. præced. VIII. §. His igitur. Videtur

(26)

communicationem subsistentia verbi respectu carnis statu-
ere, ut & Beza in c. M. p. 174. sed revera tantum viden-
tur, nam quod uno loco astruunt alio his & similibus
ratiunculis: Si propria verè & realiter communicantur
confunduntur, sicut communia, amittuntur &c. destru-
unt. Personalitas enim genita non minus Λόγω pro-
pria est, quam omnipotētia, omniscientia & reli-
qua attributa divina.

Status primæ controversiæ tertii & ultimi capitilis est.

An Christus ut homo non per immensitatem es-
sentiæ, nec per expansionem physicam, sed alio
nobis incognito modo Λόγω à puncto unionis ubiq;
præsens fuerit & adhuc sit?

Neg. cum Hoornb. Beza ejusq; socii in coll. M.
Resp. ad th. X & XVII. p. 170. & 173. Alting. in Syll.
controv. secundâ de pers. Christi qv. tract. spec. p.
191. seq.

Nos Aff. Qvia

I. Tota Deitatis plenitudo in Christo ut homine
ἀδιαιρέτως & ἀχωρίστως habitat. Vid. Coloss. II, 9.
& conf. Act. Concil. Chalcedon.

II. Posito & totum Λόγον esse extra carnem sive ex-
tranaturam suam humanam, ut Alting. in exeg. Art.
III. Aug. Conf. p. m. 28. post & ante alios Calvinis-
tas docet, necessariò sequitur Λόγον non esse carni
personaliter unitum, in innumerabilibus spaciis esse

ἄστραγον

παρά sine carne & alicubi creaturis aliis præsen-
tiorem quam suæ carni.

Nota. Recentiores Pontificii imprimis Jesuitæ
cum Calvinianis convenient in rejectione & oppu-
gnatione carnis Christi *Omnipræsentia*, conf. cum
icitatis locis Bezae & Altingi Bellarm. lib. III de In-
carn. cap. XI. seqq. Becan lib. II. Manual. controv.
cap. I. p. 469. seqq. in illo autem discrepant, quod
illi *Multipræsentiam* carnis Christi astruant, hi de-
struant.

Statu secundæ controversiæ tertii & ult. capit. 1.

An Christus ut homo divinam Filii Dei scienti-
am, quam per communicationem semper habuit,
jam in statu exaltationis universaliter exerceat?

Neg. cum Hoornb. Beza ejusq; socii in coll.
Momp. Resp. ad th. X. & XII. p. 170. 171. Alting. in
Syll. controv. secundâ de pers. Christi qv. tract. Spec.
p. 195. 206.

Nos Aff. Qvia

I. In eo ut homine omnes thesauri sapientiæ &
scientiæ corda scrutantis sunt absconditi. Coloss.
II, 3. Joh. II, 26.

II. Is etiam ut homo intima & extima innume-
rabilium Christianorum suspiria audit & occultas
omnium hominum cogitationes & actiones judica-
bit. I. Cor. IV, 5. Heb. II, 18.

Nota.

Nota. Ut Calviniani ita etiam Pontificis imprimis Scholastici & Jesuitæ divinam Filii Dei scientiam Christo ut homini denegant, tantumq; infusam & creatam ei attribuunt. conf. Beza in Coll. M. Resp. ad thes. XII. p. 171 cum Bellarmino lib. IV. de Christi anima præprimis cap. IV. §. Secunda ratio. Becano Part. III. Theol. Schol. tract. I. cap. IX. qv. I. p. 536. edit. Duac. & adde Alting. in Syll. p. 195. ubi distinctionem Scholasticorum scientie Christi qvâ hominis *creata* in (α) beatam seu visionis, (β) *infusam* seu habitualem, (γ) *acquisitam* seu experimentalis suam facit. Dissentient autem in modo infusionis qvem Calvinistæ successivum, Papistæ verò momentaneum dicunt, vid. Bellarm. loc. cit. c. I. Becanum l. c. qv. 2. 3. 6. & conf. loc. cit. Bezae & Altingi.

Status tertiae controversiæ tertii & ultimi capit is est.

An Christus uthomo divinam Filii Dei potentiam, qvam per communicationem semper habuit, jam in statu exaltationis universaliter exerceat?

Neg. cum Hoornb. Beza ejusq; socii in colloq. Momp. de pers. Christi ad th. X. & XI. p. 170. seq. Alting. in Syll. controv. de pers. Christi tract. qv. spec. p. 169. 209. Adde Beza ad XV. p. 172. Alting p. 197. 213. l. c.

Nos Aff. Qvia

I. Corpus ipsius exinanitum suâ virtute divinâ miracula edidit & sanguis ejus effusus suo merito æternam

(29)

eternam satisfactionem præstítit, de priore Luc. V.,
17. VIII, 46. de posteriore vide Eph. I, 6. Heb. IX, 12. 14.

II. Ascendit super omnes cœlos ut impleret
virtute Patris vivificatrice omnia Ecclesiæ Joh. V, 26.
Eph. IV, 10. Sedet ad dextram Majestatis divinæ re-
gnans datâ sibi omni potestate in cœlo & terrâ Psal.
CX, 1. seq. Matth. XXVIII, 18. seq. Eph. I, 20. seq. Ve-
niet in gloria Patris sui, ut faciat ultimum orbis ter-
tarum judicium & reddat unicuique juxta facta ipsi-
us. Matth. XVI, 27. Joh. V, 27. seq.

Nota. Ut Calviniani ita etiam Jesuitæ Omni-
potentiam carni Christi per sessionem ad dextram
Majestatis divinæ plenè collatam strenue insificantur
Beza in coll. Momp. ad dogm. I. p. 176. *Homo est omni-
potens i. e. Deitas humanitati unita est omnipotens.* conf.
Alting. in Syll. p. 200 seq. & in exeg. p. 30. ubi hæc:
*Qvum sessio hæc summam Christi Majestatem summumq;
imperium designet, summam quoque potentiam ei tribuit:
sed infinitam secundum Deitatem, finitam verò—secundum
bumanitatem.* Bellarm. lib. III. de Incarn. cap. XV. §.
*Qvæ cùm ita sint. Respondeo, datum esse bumanitatè
istam sessionem, sed datum non ipsi in se, sed in supposito.
Non enim factum est, ut humanitas in seipsa sedeat ad
dexteram Dei. Sed ut sit humanitas illius persona, quæ
sедет ad dexteram Dei.* Idem deinde declarat simili-
tudine de purpurâ Regis. conf Becanum lib. II. Man.
cap. I. §. 35. 36. 37. ipsumq; Bellarm. in explic. Symb.
Apost. & explic. doctr. Christ. ubi eandem crambem
recoquunt. De Miraculis Christi ait Alting. in Syll.

p. 212.

p. 212. Minaculum aliquando accipitur pro actione illâ infinitâ atque omnipotente, cuius vi id in quo miraculi ratio propriè consistit producitur, hoc modo sola natura divina miracula edidit, utpote à qua actio omnipotens tantum profecta fuit. Idem vult Becanus Part. III. Theol. Schol. tract. I. cap X §. 8 p. 542. Hinc sequitur Christum duobus modis fecisse miracula, & produxisse gratiam. Primò, physicè, secundum divinitatem. Secundò, moraliter seu meritorie, secundum humanitatem. conf. simile Danæi de carne Apostolorum & virga Mosis cum §. 6 Becani l. c. Omnes hos Nestorianizantes S. Cyri illus prosternit his anathematismis: *Si quis Spiritum, per quem Christus operatus est signa divina efficaciter, alienam & non potius propriam ejus virtutem dicit: Anathema sit. Iterumq;: Si quis non confiteretur Dei CARNEM vivificatricem esse, propterea quia facta est propria Verbi, omnia vivificare valentis: Anathema sit.*

Status quartæ & ultimæ controversiæ quarti & ultimi capitil est.

An Christus ut homo per & propter communicatam cum totâ Deitatis plenitudine adorabilitatem, cum & in ιω̄ unicâ adoratione & eodem cultu religiosè adorandus & colendus sit?

Neg. cum Hoornb. Beza in coll. Momp. Resp. ad th. XX. p. 174. & 284. Alting. in Syll. controv. secundâ de pers. Christi tract. gen. p. 190.

Nos Aff. Qvia

I. S. Scriptura hoc expressè præcipit. Johan.
V, 22. 23.

V, 22. 23. Rom. XIV, 10. II. Phil. II, 9. 10. Apoc. V,
12. 13. 14.

II. Positō omnem, religiosum cultum ad ipsam Christi carnem, etiam in illā unione personæ manentem, dirigen tem esse maledictum, ut cum citatis auth. totidem verbis ex Jer. XVII, 5. afferere conatur Danzus ad c. XXIX. lib. Chemn. de duab. nat. in Christo, non solum sancti Angeli & homines, qui carnem Christi religiosè adorarunt, sed & ipsi Calviniani, fiduciali apprehensione carnem Christi in suā Cœnā manducantes, maledicti erunt, nam in loco Jeremias non adorantibus, sed fiduciam in homine habentibus maledictio denunciatur, deinde fiducia in aliquem religiosa adeò arctè cum adoratione alicujus religiosa connexa est, ut hæc ex illa necessariò fluat & vix ab eâ separari possit. vid. Rom. X, 14.

Nota. Ut Calviniani ita etiam Jesuitæ fingendo dupl icem Christi adorationem suum Nestorianismum hic apertissimè produnt. Nemo nostrum docet: Hominem Christum non esse adorandum; sed dunt xæ negamus humanitatem adorandam esse. Nam aliud est homo, & aliud humanitas. Homo Christus adorandus, quæ est Deus. Humanitas autem seu caro Christi, non est Deus: ideoq; non est objectum adorationis, etiam si Noyæ personaliter sit unita. ait Beza p. ultimò cit. nomine omnium suorum Collegarum & comparat Christum ut Deum cum Rege, ut Hominem cum purpuræ, sceptro & coronâ regis iisdem verè verbis qvibus Bell. loco proximè præcedente controv. adducto. Ut in

8.120

nō illo Christo due distinctæ naturæ: altera superior, in-
 creata & infinita: altera inferior, creata, finita: ita quo-
 que fides distinctè illas cognoscit & colit, superiori superiora
 fidei divina, inferiori inferiora tribuens. & paulò post:
 Sequitur quidem inde Christum adorandum, sed minimè
 utramque naturam pari cultu, eādem adoratione. inquit
 Alting. loc. cit. & ad instantiam: Si utraqve Christi
 natura non eādem colitur adoratione due statuuntur ado-
 rationes, due personæ. Respondet: Negatur 1. quia
 una illa unius personæ adoratio, gradibus tantum distin-
 ta est, ut ipse inter se naturæ distinctæ sunt. Quasi duæ
 Christi naturæ divina & humana tantum gradibus &
 non simul re ipsa inter se different? 2. Quia humana
 natura non adoratur per se vel seorsim à Nōyō, sed in
 Nōyō & propter unionem cum eo, ita enim adoramus eam,
 ut subsistit. Sed subsistit, Alting I, subsistentiâ divi-
 nâ, ut alibi doces, cur verò eam adoratione divinâ
 non colere vis? Sed loquatur quoqve os Jesuitarum
 Bellarminus, is lib. I. de Sanctis Beatis cap. XII. Tom.
 II. ita cultus dividit: Tertia est excellentia quedam me-
 dia inter divinam, & humanam, qualis est gratia, & gloria
 Sanctorum: ista enim sunt dona supernatura, & ex-
 cellentissima, & huic excellentiæ respondet tertia species
 cultus, quam Theologi vocant duliam: & quia inter
 sanctas creature humanitas Christi, si seorsim conside-
 retur, singulariter excellit propter unionem ad verbum:
 & similiter B. Virgo, ut Mater Filij Dei, ita prestat aliis
 Sanctis, ut dici possit Domina & Regina nostra, quod
 aliis Sanctis non convenit, nisi admodum imperfectè;
 ideo Theologi hanc tertiam speciem, quam vocant duliam,
 dividunt in duliam propriè dictam, & hyperduliam, tribu-
 entes

entes illam Sanctis ceteris, istam solum humanitati Christi,
 & Matri eius. O miseram carnis Christi apud Jesuitas
 sortem ! juxta eos enim non solum redemptor & re-
 dempta, Dominus & ancilla, sedens ad dextram Dei
 & non sedens eodem cultu coluntur; sed & ima-
 gines Dei, quod universae antiquitati inauditum ma-
 jori cultu afficiuntur quam ipsa Dei ipsius caro, post-
 quam n. Bellarminus lib. II. de im. Sanctor. c. XX. §.
 Secunda opinio. Nubem primariorum Scholasticorum.
 inter alia ex Aristotele assertorum : *Imaginem Christi*
adorandam cultulatrias Deo proprio adduxerat impro-
bat primò modum loquendi, præsertim in concione
ad populum, deinde ponit c. XXVII. hanc prop. Si de
reipsa agatur, admitti potest, imagines posse coli impropriè
vel per accidens, eodem genere cultus, quo exemplar ipsum
colitur. Omnes hos Nestorianizantes iterum S. Cy-
tillus ferit hoc anathematismo : Si quis dicere præsum-
mit, adsumptum hominem coadonari oportere Deo verbo,
& conglorificari Deo, tanquam alterum cum altero (Sylla-
ban. con. quæ est Theodorei Nestoriani in suo anathe-
matismo, hoc intelligi cogit) & non potius una adoratione
honoret Emanuelem, & unam ei glorificationem coapcat,
secundum quod verbum caro factum est. Anathema sit.

COROLLARIA.

I. Ut in exemplis communibus naturæ; ita etiam
 in exemplo singulati Scripturæ tantum attributa
 quæ faciunt ad finem unionis communicantur.

2. Exinanitio & exaltatio in Epist. Pauli ad Philip.
 & Symbolo Apostolico descripta Christo non ut Deo
 sed ut homini competit. C 3. Non

3. Non omnipræsentia carnis Christi; sed *descensus*
ad inferos *metaphoricus*, & *sessio* ad dextram Patris *œconomica* ac *geminata* cum *symbolo* Apostolico *adversa*
fronte pugnant.

III.

Num generali voluntate Deus velit omnium hominum salutem: atque inde Christus pro omnibus hominibus mortuus sit vel satisfecerit; Atque hinc universalis omnibus ad conversionem offeratur gratia: adeoq; Deus ex prævisa fide vel infidelitate homines prædestinarit?

Hæc tertia Hoornbeeki quæstio ad plenam sui tractationem reqvirit tres sectiones: Prima agit de Providentia divina circa bona & mala; Secunda de universalitate Miserationis, Redemptionis & Vocationis divinæ; Tertia de Prædestinatione finaliter credentium ad vitam, & Reprobatione incredulorum ad mortem æternam.

Status controversiæ primæ sectionis.

An Deus providentiæ suæ vi omnes etiam liberas hominum actiones prædeterminet?

Aff. cum Hoornb. in Summâ Contr. Papal. contr. X. Calvinus lib. I. Instit. cap. XVI. §. 3. & cap. XVIII. §. 1. Paulus Voetius Gisb. filius cap. XVI. Theol. Nat. Ref. §. 4.

Nos

Nos Neg Qvia

I. Deus implantavit unicuique agenti creato imprimis libero suam naturam, cuius vi se ipsum suo modo determinate potest, ut patet ex natura actu spontaneorum & liberorum, nec non adhortationibus & dehortationibus.

II Admissa hac prædeterminatione inducitur naturæ naturæ Stoica fatalitas; Voluntati humanae, inevitabilis necessitas, naturæ naturanti, impia peccati causalitas.

Nota. Ut Calviniani, ita etiam multi ex Pontificiis imprimis Hispani & Belgæ non solum moralem, sed & physicam voluntatis humanae determinacionem propugnant; Ne hic actum agamus remittimus lecturos ad Riveti Cath. Orthod. in cujus Tom. II. Tract. IV. qv. 6. à §. impr. 20. qvæ sic incipit: Possim ex variis autoribus Pontificis ea proferre, in quibus duriora multò reperirentur, quam in iis que ex Zwinglio, Calvinio, Beza & Galis decerpunt Jesuitæ, ne quidem excepto Cardinale Bellarmino, et si talium calumniarum insigni architecto, qui in. non ita potuit elabi, dum objectionibus satisfacere conaretur, quin sequentia concederit. S. Thomas, ait lib. 4. de gmt. & lib. arbtr. cap. 16. docet divinam operationem, ita concurrere cum causis etiam liberis, ut non solum eis dederit & conservet virtutes operatrices, sed etiam eas moveat & applicet ad opus, quæ sententia videtur valde consentanea tum Scriptura, quæ dicit nos in Deo esse, vivere & moveri; tum etiam rationi & ordini quem habet prima causam secundis. Idem concludit, lib. 2. de amiss.

gratia & statupecc. cap. 13. Deum non solum permittere, impios agere multa mala, nec solum deserere pios, ut cogantur pati quæ ab impiis inferuntur: sed etiam præsidere ipsis voluntatibus malis, easq; **REGERE & GUBERNARE**, **TORQUERE & flectere**, in eis invisibiliter operando, ut licet proprio vitio male sint, tamen à divina providentia ad unum potius malum quam ad aliud, non posse, sed permisive ordinentur. Quæ postrema, sunt verba Riveti addita immediate præcedentibus Bellarmini. verba continent oppositum in apposito, nam torquere & gubernare ac flectere permisive, est non torquere neque flectere, nec etiam gubernare &c. sunt omnia verba Riveti, partim sua, partim ab illo ex Bellarmino excerpta, qvibus deinde usq; ad finem qvæstionis prolixè subjungit permultos vetustiores & recentiores Scholasticos imprimis Hisp. & Belg. non solum prædeterminationem ad bonum & malum moralem sed & physicam, h.e. illo interprete verè efficientem, quæ per se influit & dat esse effectui, actione exequente, cum Thoma & Scoto statuentes. Nos hoc unicum addimus, plerosq; Calvinianos & Pontificios immediatam animarum rationalium post lapsum creationem asserere, non sine manifesto periculo causalitatis peccati in ipsum Deum inde redundantis.

Status controversiæ secundæ sectionis est.

An ex gratuità Dei voluntate meritum Christi & verbum vitæ omnibus ac singulis hominibus destinata sint ad salutem?

Neg cum Hoornb. Beza & socii ejus in coll. M.
Resp.

(37)
Resp. ad th. VII. p. 418. & Resp. ad dog. I. p. 423. Alting. controv. IV. de prædict. qv. I. II. III. p. 227. seq.

Nos Aff. Qvia.

I. Spiritus S. eorum universalitatem tantoper
tē commendat, Miserationis Ezech. XXXIII, ii. Rom.
XI, 32. I. Tim. II, 4. II. Pet. II, 9. Redemptionis Esa.
LIII, 6. Rom. V, 18. I. Joh. II, 2. II. Pet. II, 1. Vocationis
Gen. III, 15. Marc. XVI, 15. Col. I, 23. 28. Act. XVII, 27. 30.

II. Inductā hac particularitate Miserationis, Redem-
ptionis & Vocationis omnis perit de salute certitudo,
ea enim non solum inducit in exitialem dubitatio-
nem, sed etiam in illa relinquit.

Nota. Ut Calviniani ita etiam nonnulli Pontificii
gratiam divinam ad paucos restringunt. Beza in coll.
Momp. p. 428. Proposuit ergo Deus & ab eterno immu-
tabile decretum fecit omnes causas secundas antegrediens,
quod pro sua infinita misericordia velit aliquos homines
eligere in Christo servandos, aliquos verò secundum justi-
tiā suā rejuvere suā ipsorum culpā damnandos. Bellar-
larm. lib. II. de grat. & lib. arb. cap. VIII. §. Secundò
qvia. Tom. IV. de se & sociis suis: Credimus Deum,
absolutā voluntate velle salvare multos, tum parvulos, tum
adulcos, & absoluta voluntate alios non velle servare, tum
parvulos, tum adulcos. Bellarmino adjungit Rivetus
Tom. II. Cath. Orth. tract. IV. qv. 8. Guil. Estium, Ru-
ardum Tapperum, Franciscum Sonnum, Gabr. Vas-
quezium, adjicitq;: Si nihil aliud velint Pontificii, præ-
ter id quod hactenus ex ipsis allatum est, facile transigemus

de hoc articulo. Adde quod Bellarminus in vastis suis controversiarum Ch. Rel. tomis fundamentalem de particularitate meriti Christi errorem nullibi more iuuo impugnet, sed potius lib. II. de grat. & lib. arb. cap. XVI. §. Dicimus deinde. Actum reprobationis negativum, quo Deus sine ulla causâ ex parte hominum non habet voluntatem salvandi more Calvinian. propugnet.

Status controversiae tertiae sectionis est.

An Deus qvosdam homines ex prævisâ finali fide in Christum ab æterno prædestinaverit ad vitam, qvosdam vero ex prævisâ finali incredulitate erga Christum ab æterno reprobaverit ad mortem...?

Neg. cum Hoornb. Bezâ in C. M. p. 417. & 425. Altingio in Syll. p. 232. & 250. seq. reliqui Calvinistæ sectæ in *Supra- & Infralapsarios*, illi objectum electionis & reprobationis statuunt hominem nondum creatum, nondum lapsum, hi & creatum & lapsum; *Priores* sectæ sunt post Calvinum lib. III. Instit. cap. XXI. § 5. cap. XXIV. § 12. &c. &c. antecessores Synodi Dordrechtae, *Posterioris* post Synod. Dordt. cap. I. doctrinæ art. VII. plerique successores ejus; utriqve & priores & posteriores distinguuntur in mitiores & rigidiores, ut videre est apud nostros Theologos passim, impr. apud nunc B. Danhaw. in sua hodom. Spir. Calv. Phant. II. à p. 87. ad 142 tandem autem vel directè & κατ' ιημόνην, vel indirectè & κατ' Αλγίανον conspirant in hoc Deum ex prævisa fide & vel incredulitate homines non prædestinasse, h.e. sty. loco-

lo eorum, elegisse & reprobasse. Audiamus de hae
conspiratione Rivetum, postquam hic T. II. C. O. tr.
IV. q. 9. agnoverat: *Ex varia consideratione objecti p̄e-
destinationis emergere diversas loquendi rationes, etiam alii-
quando inter eos qui re ipsa non dissentiant, item, Homi-
nem p̄edestinationi Deo ab aliis proponi in massa integrâ,
ab aliis in massa corrupta.* Notat similem dissensum
in eâdem materiâ inter Pontificios vigere additq; de-
mum: *Ex dictis constat, posse conciliari sententias diver-
sas de p̄edestinationis objecto, inter eos, intellige & Pon-
tificios & Reformatos, qui in eo conveniunt p̄edestina-
tionis causam referendam esse ad summam voluntatis divi-
nae libertatem, non ad prævisa bona vel mala in homi-
nibus, &c.*

Nos Aff. Qvia.

I. Sic in tempore salvat & damnat. Marc. XVI,
16. conf. Eph. I, 3. 4. 5. 6. I. Pet. I, 2. Joh. III, 18. Heb.
IV, 11. adde Apoc. II, 10.

II. Hoc horrendo & pudendo *absoluti decreti*
idolo, Deus redditur injustus; fides & meritum
Christi supervacaneum; studium pietatis tepidum,
veletiam planè nullum.

Nota. Ut Calviniani, ita etiam Jesuita Cardi-
nal is Bellarminus absolutum p̄edestinationis de-
cretum fovet & propugnat. Nam lib. II. de grat. &
lib. arb. cap. IX. sub initium statuit hanc proposicio-
nem: *Quamvis gratia sufficiens omnibus detur, tamen
p̄edestinationis divinæ nulla ratio ex parte nostri assignari*

potesit, sub finem ejusdem cap. ordinat decretal divina
ut in fralaplatii, decreto electionis & rejectionis præ-
ponendo lapsum & postponendo remedia. &c. Hinc
Rivetus loco modo cit. n. 12. Quid si ostendam, Bailliu-
m in nostris, id tanquam heresin exploratam traducere,
quod etiam secta Jesuiticae doctissimi, probant tanquam ve-
rum, docent credendum, postea ponit sententiam Cal-
vini cumq; ea confert verba Bellarmini, Pererii, Son-
nii, qvæ omnia ad hanc hujus conclusionem ten-
dunt: Tam prædestinationis quam reprobationis NUL-
LUM PRORSUS esse MERITUM, neque Christi neque
nostrum, additq;: Eat nunc Baillus, & apud inquisicio-
nem Romanam efficiat, ut mortuis, quod fieri solet, lis in-
tentetur, heresos convincantur, exhibentur cada-
vera & libri flammis ultricibus aboleantur, in quibus
Calvino affenserunt. Hinc Crocius in lib. de unit.
Eccl & schism. cont. Walenb. cap. XIX: Inter cau-
sas secessionis Calvinianorum à Pontificiis numeratas
non esse doctrinam de electionis & reprobationis causā.
Hinc Vorstius in Enchir. controv. inter Calv. &
Pont. Part. III. Extra controversiam apud nostros sunt,
qua Bellarm. lib. I. & II. de gratia docet. &c.

COROLLARIA.

1. Quām absurdus est terminus vite absolute fixus,
tam probabilis est sciētia Dei conditione nixa.

2. Non distinctiones orthodoxorum inter antecedens & consequens voluntatis divinæ, acquisiti-
onem & applicationem meriti Christi, vocationem
directam & indirectam; sed Calvinianorum inter
signum

Signum & beneplacitum voluntatis divinæ, sufficientiam
& efficaciam meriti Christi, reprobationem negativam
& positivam ineptæ sunt.

3. Qvām procul discedit prævisio fidei in electi-
one à Pelagianismo, tam propè accedit nonnullorum
Calvinianorum negatio absolute meriti Christi co-
tam Deo sufficientiæ ad Socinianismum, & affirmatio
concurrus Bon. Op. ad productionem salutis ad Papismum.

IV.

An verè fideles & sanctificati qvidem
etiam, plenè deficiant à fide, & à Dei gratia in
totum exident?

Hæc quarta Hoornbeekl qvæstio non inepte
dispesci potest in duo membra: Primum compre-
hendit Operationem; Secundum Possessionem gra-
tiæ divinæ.

Status controversiæ primi membra est.

An homo jamjam convertendus possit contu-
maciter resistere, & qvandoque actu resistat ordina-
tiæ Spiritus S. operationi?

Neg. cum Hoornb. in Summa controv. Papal.
controv. XXI. Calvin. lib. II. Instit. cap. III. §. 10.
Wendelin, lib. I. Theol. suæ, cap. XXVI. p. 544.

C 5

Nos

Nos Aff. Qvia

I. Multi non convertuntur non ex defectu gratiæ sed ex propriâ malitiâ, ut patet ex Esa. V, 4. Ezech. XII, 2. Matth. XXIII, 37. Act. VII, 51. Adde Joh. V, 34. 40.

II. Posito solam gratiam electorum esse efficacem & ideo irresistibilem, ut volunt adversarii, frustra reprobri de impenitentia & incuria salutis per supinam negligentiam & ascitam resistentiam dehortantur. Parere enim dehortanti Deo his miseris est impossibile, non parere necessarium.

Nota. Ut Calviniani mitiores, ita etiam Jesuita Cardinalis Bellarminus operationem gratiæ describit. Tilenus Professor olim Sedanensis rigidiorum & mitiorum Calvinianorum sententiam de operatione gratiæ egregiè refert. Illorum in Hypotyp. controv. Belgic. Dialogist. Hornæ 1659. edita. p. 64. his: Vos, rigidiores Calvini sectatores, vultis ipsam voluntatem à Spiritu præcisè determinari ad assentiendum: nempe, ut non modò sensum afficiat, affectus moveat; sed ipsum etiam assensum immediatè eliciat, idq; momento, exhibita sc. omnipotentiâ suâ, nec aliter eâ utens, quam uetus est in creatione mundi, aut in excitatione mortui. conf. cum his Tileni sent. Synodi Dordr. c. III. doctr. & IV. art. 12. ubi eadem invenies. Horum in consid. sent. Jac. Arminii Francof. 1612. exc. cap. II. p. II. his: Salutaris gratia opes suas iis, quos Patri caelesti visum est beare, tam commodè & aperte conspiciendas proponit, tam benignè ad sumendum invitat, tam aptè & appositè suadet,

4.
ph.

ca-
ru-
per
de-
ris

ita
cri-
um
ti-
on-
is:
un-
m:
fed
to,
am
tui.
Et.
sid.
his:
sum
nit,
osit
det,

fudet, ut omnino persuadeat, circa ullam principij inter-
ni seu voluntatis labefactionem. &c. conf. Pet. Molinum in anat. Armin. cap. XLIV. XLV. Cum his po-
sterioribus consentit Bellarminus ut constat ex lib. I.
de grat. & lib. arb. cap. XII. §. ult. ubi statuit: *Deum*
is, *quos efficaciter & infallibiliter trahere decrevit, eam*
suasionem adhibere, quam videt congruere ingenio eorum,
& quam certò novit ab eis non contempnendam. Rivetus
T. II. C. O. tr. IV. qv. 4. §. 7. seqq. Rispolim, Ram,
Ledesma, Bannez, Alvarez, cum tota Thomæ schola
pro sua & Calvini de irresistibili electorum conversi-
one sententia citat, tandemq; addit: *Sic in Ecclesia*
Romana, judice Lessio, sunt multi Calvinistæ cucullati,
qvem vide l. c.

Status controversiæ secundi membra est.

An homo verè conversus possit totaliter defi-
re, & quandoque deficiat à fiduciali Christi appre-
hensione?

Neg. cum Hoornb. Beza in C. M. p. 380. seqq.
Alting. in Syll. controv. de prædest. qv. IV. p. 244.

Nos Aff. Qvia

I. Multi incidunt per peccata regnantia in rea-
tum mortis spiritualis & æternæ, ut constat ex Ezech.
XVIII, 24. Il. Sam. XII, 9. I. Tim. I, 19. Heb. VI, 4, 5. 6.
Adde lapsus integrorum angelorum & hominum.

II. Posito primam gratiam renatorum esse immobilem
& inde indefectibilem, ut contendunt adversarii, fru-
stra

strâ renati ad pœnitentiam & curam salutis cum timore & tremore incitantur, exidere enim gratia divinâ his dilectis impossibile, Timere non necessarium, imò statui eorum planè contrarium.

Nota. Ut Calviniani, ita etiam Pontificii indefectibilitati fidei aliquo modo favent. Non ignoramus Bellarminum lib. II. de justit. cap. XIV. astraruerit fidem semel habitam amitti posse, & ib. cap. XV. destruerit objectiones Calvinianorum. At quoniam hæc Bellarmini in præfat. præsixâ Tom. I. controv. Si Catholicus quispiam labitur in peccatum, si furtum, si adulterium, si homicidium forte committit: misere certe cum illo agitur. At nihilominus quoniam abhuc aliusquis vult sensus, abhuc edificij fundamentum, abhuc lumen aurora, id est, fides in ipso est: multa, & magna præsidia ad salutem aeternam habet. parùm differunt ab his Beze in Coll. Momp. p. 381. Ebrius non amittit intellectum sentitionem: et si, quamdiu ebrietas caput ejus occupat, ratiocinio non exerat, sed similis sit animali bruto. Et quemadmodum ignis cineribus tectus, minimè extinctus est, sed latet: Ita etiam, gratia, fides, & Spiritus S. in lapsibus Electorum, ad tempus reguntur, ut non sentiantur, donec ad se ipsos redeant, & peccatum suum agnoscent, & pœnitentiam agant. Qvod in Davidis adulterio quoque factum est: in quo gratia Dei ad tempus tecta, sed non amissa fuit. Quoniam illa Bellarm. ab his Beze parùm differunt diximus Pontificios indefectibilitati fidei aliquo modo favere, aceedit qvod Bellarminus lib. I. de Justit. cap. XV. afferat: Fidem veram posse reipsâ à dilectione, aliisq; virtutibus separari. & Conc. Tr. sess. VI. cap. V.

cap. V. definiat: *Quolibet peccato mortalia mitti gratiam, sed non fidem.* Hic quoque monendum: Ut Jacobus Arminius Veteraqvinas, Pastor primum Amstelodamensis, post Francisci Junii in Academiâ Leidensi Successor ad nos. Ita Cornelius Jansenius Leidamensis, primum Professor Lovaniensis, postea vè Episcopus Iptensis ad Calvinianos in plerisque de Providentiâ, Prædestinatione & Gratia articulis transit; de Arminii sententia vide Opera ejus, de Jansenii Augustinum ejus; Ambo reliquerunt permultos in Gallia & Belgio sectatores; Ambo quoque post obitum quilibet à suæ partis hominibus quo ad articulos, in quibus ab illis discesserunt, damnati sunt; Arminius Dordrechtæ in Synodo national. An. 1618. & 1619. habita, cujus Acta excusa extant, Jansenius Romæ in Bulla Urbani VIII. An. 1641. quam postea Innocentius X. & hodiernus Pontifex Alex. VII. confirmarunt, ut Bullæ excusæ testantur.

COROLLARIA.

i. Et Orthodoxi & Calviniani distinguunt gratiam conversionis in efficacem & inefficacem, sed sensu planè diverso.

2. Defectibilitas verè conversorum optimè consistit cum certitudine electionis apud Deum & homines.

K.

Num baptismus regenerationem & fidem conferat

conferat, tanquam ordinarium medium huic fini & ad salutem necessarium sit, supra necessitatem mandati adeoq; in casu necessitatis, etiam privatis & mulieribus baptizare liceat?

Hæc quinta & de articulis fidei ultima Hoornbecki quæstio seipsum dispescit in tria puncta: Primum complectitur efficaciam verbi & Sacramentorum; Secundum, necessitatem baptismi; Tertium, baptismum mulierum.

Status controversiæ primi puncti est.

An verbum & baptismus (de S. Cœna supra actum) sint ex ordinatione divina efficacia gratiæ media?

Neg. cum Hoornb. Beza & socii ejus in coll. Momp. Resp. ad th. IV. p. 355. & Resp. ad dogm. I. II. IV. V. & VI. p. 356. 357. Alting. in Syll. controv. V. de Bapt. p. 253. seqq.

Nos Aff. Qvia

I. Deus pereat regenerat & salvat. Rom. I, 16. I. Petr. I, 23. Tit. III, 5. I. Petr. III, 21. conf. Matth. XXVIII, 20. Eph. V, 26.

II. Posito verbum & baptismum non esse efficacia gratiæ regenerantis media, ut cupiunt adversarii, vera est opinio Enthusiastica, Verbum & Sacramentum esse

esse inutilia signa, & falsa assertio Apostolica, Ministros Verbi & Sacram. esse Dei cooperarios.

Nota. Ut Calviniani ita etiam Franciscani Verbum & Sacram. evanquunt. Duplex in papatu de efficacia Verbi & Sacram. foventur opinio, una est Dominicanorum cum Thoma docentium: Verbum & Sacram. esse instrumenta physica ex indita cœlitus virtute semper & necessariò operantia, idq; declarant rebus virtute semper inhærente agentibus. Altera est Franciscanorum cum Scoto statuentium: Verbum & Sacram. esse signa moralia ex assistente Dei virtute raro & contingenter agentia, idq; illustrant rebus virtute raro accedente operantibus. Ultramque hanc opinionem, teste ipso Bellarm.lib.II. de effectu Sacram. cap. I. rectè refert B. Lutherus in lib. de capt. Babyl. cap. de Baptismo, & in libro concord. Part. III. Artic. Smalcald. Art V. p. 329: *Baptismus nihil est aliud, quam verbum Dei cum mersione in aquam, secundum ipsius institutionem & mandatum, sive, ut Paulus inquit, lavacrum in verbo, sicut & Augustinus ait: Accedat verbum ad elementum & sit Sacramentum.* Qvare non sentimus cum Thoma & Monachis prædicatoribus seu Dominicanis, qui verbi & institutionis Dei obliui dicunt, Deum spiritualem virtutem aquæ contulisse & indidisse, quæ peccatum per aquam abluerat. Non etiam facimus cum Scoto & Minoritis seu Monachis Franciscanis, qui docent, baptismu ablui peccatum ex assistentia divina voluntatis, & hanc ablutionem fieri tantum per Dei voluntatem, & minimè per verbum & aquam. Ex his B. viri Dei dictissimul percipis nos inter duo
hæc

46

hæc diverticula medium & regiam tenere viam, Calviniani verò declinant ad partes Franciscanorum, ut constat ex his Bezæ in coll. M. p. 372. Baptismum aquæ non esse, sed significare & repræsentare dunt axat lavarum regenerationis & renovationis, eorum vita probat, qui et si baptizati sunt, tamen neque renati sunt, neque innovati, sed veterem hominem cum suis desideriis in se regnare sinunt, tortig, peccatis serviunt. Neque enim Baptismi efficacia ad id momentum astringenda est, quo homo baptizatur &c. & ex his Riveti T. II. C. O. tr. III. qv. 1. §. 14. Nos contra dicimus, Deum solum esse gratia autorem, quod hinc satis probatur, quod multi eam ante Sacramentum acceperunt, multi quoque Sacramentum absque gratia recipient. Idem §. 8. l. c. illis Pontificiis, qui Sacram. productionem gratiæ non propriè & physicè, sed impropriè & moraliter tantum attribuunt, accedit. Eadem ferè Calvinianorum de ministerio verbi sententia, docent enim per metonymiam cause, quod est agentis principalis, instrumento transcribi. Spiritum S. in vocatione non electorum separatum esse à verbo &c. Vide Alting. in exeg. Art. V. Aug. Conf. aliosq;.

Status controversiæ secundi puncti est.

An baptismus supra necessitatem mandati nobis necessarius sit necessitate medii?

Neg. cum Hootnb. Beza & socii ejus in Coll. Momp. Resp. ad dogm. III. & VII. p. 356. 357. Alting. in Syll. controv. V. de Bapt. p. 255.

Nos

Nos Aff. Qvia

I. Nobis à Deo sub comminatione mortis spiritualis & æternæ injungitur. Vid. Gen. XVII, 14. Joh. III, 5. conf. Coloss. II, II.

II. Posito Baptismum nobis non esse necessarium necessitate medijs, firma est conclusio Anabaptistica: Infantes non esse Baptizandos, relinqvitur enim Baptismo non major necessitas quam Eucharistia.

Nota. Ut Calviniani hic indefectu, ita Pontificii in excessu peccant. Calviniani enim necessitatem baptismi adeò elevant ut hæc Servatoris verba: *Nisi quis natus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei, figuratè intelligant;* è contra Pontificii adeò allevant, ut eadem absolutè accipient. Audiamus ex Calvinianis Alting. in Syll. p 256. *Lotus non probat propositum, ob ambiguatem vocis aquæ, quæ hic non aquam baptismi, sed virtutem Spiritus S. aquæ similem designat. Sensus est: Neminem servari posse, nisi regeneretur ex Spiritu S., qui veluti aqua spiritualis immundum emundat, desperandum recreat, sterilem honorum operum fecundat. &c.* ex Pontificiis Bellarminum, qvi lib. VI. de amiss. grat. & stat. pecc. cap. II. hanc suam satis severam thesin: *Parvulos sine Baptismo decedentes, absolutè esse damnatos, & non solè coelestis, sed etiam naturali beatitudine perpetuò carituros. inde probare nititur.*

Status controversiae tertii puncti est.

An in casu extremæ necessitatis administratio ba-

D

ptism

ptismi potius privatis & mulieribus permittenda
quam plane intermittenda?

Neg. cum Hoornb. Beza & socii ejus in C. M.
Resp. ad dogm. IX. p. 358. Alting. in Syll. cont. de
cærem. I. qv. I. p. 261. seqq.

Nos Aff. Qvia

I. Permissio vergit in honorem & intermissione
in contemptum præcepti & medii divini, hinc in ca-
su necessitatis privati non solum in V. T. approbante
Domino circumcididerunt, sed & in initio N. T. con-
sentiente Ecclesia baptizarunt.

II. Positō baptismū privatorum privatum esse ineffi-
cacem, ut statuunt adversarii, non solum suspendit
efficacia Sacramenti à persona ministri; sed & im-
pugnatur efficacia verbi à privato prolati.

Nota. Ut Calviniani absoluta restrictione ba-
ptismi ad ministerium publicum, ita Pontificii neces-
sariā intentione ministri ad actum baptismi, Sacra-
mentum hoc à persona ministri suspendunt. De re-
strictione ad ministerium publicum ita Alting. in Syll.
p. 263. Mulieres Baptismū necessitatis administrantes
involant in ministerium Ecclesiasticum, & rei externa sa-
lutem eternam affingunt, quae sunt gravissima peccata. De
necessariā intentione ministri ad actum baptismi sic
Conc. Trid. sess. 7. can. II. Si quis dixerit, in ministris
dum Sacramenta conficiunt & conferunt, non requiri in-
tentionem saltem faciendo quod facit Ecclesia, Ana-
stasius

rhema sit. O miserum anathema ipsos Pontificios
dubitacione de intentione alterius reddens miseris!

Conclusio.

An ob dissensum in fundamento fidei consensus in pacem religionis cum Calvinianis nobis sit impossibilis?

Resp. Fundamentum fidei dicitur causa & basis fidei, quæ creditur, estq; vel *Essentiale Christus Jesus*. I. Cor. III, ii. vel *Dogmaticum verbum Dei imprimis Evangelicum de gratiosa Dei erga peccatores in Christo voluntate*, fides enim qva superstruimus angulari lapidi Christo Jesu immediatè ex eo nascitur, & in eo nascitur. Eph. II, 20. In utroque dissentunt à nobis Calviniani, *Essentiale negata communicatione reali dissolvendo*, ut vidimus ad qv. II. *Dogmaticum negatà harmonia voluntatis Dei arcane & revelatae*, & negatà universalitate promissionum de gratiâ & merito Christi enervando, ut ostendimus ad qv. III. & IV. Silemus de evacuatione mediorum fidei, qva creditur, verbi sc. & *Sacramentorum*, de qua ad qv. Imam & ultimam. Silemus de *Syneretismo cum Pontificis impr. coryphæo Jesuitarum Bellarmino in præcipuis fidei articulis*, de qvo in peculiaribus ad singulas controversias notis, & tantum monemus, qvod ipsi Calviniani Dordraceni nostrum fundamentum ut hereticum rejecerint, & aliud *absolutum sc. predestinationis decretum* ut orthodoxum substituerint. *Synodus rejicit errores eorum*, inquit.

cap. I. doctrinæ reprobatae, art. VIII. qui docent, Deum neminem ex merâ justâ suâ voluntare decreuisse in lapsu Adæ & in communis peccati & damnationis statu relinquare, aut in gratia ad fidem & conversionem necessaria communicatione præterire. Quotquot autem verè credunt, ajunt iterum c. II. doctrinæ approbatæ, a. VII. & VIII. & per mortem Christi à peccatis, & interitu liberantur ac servantur, illis hoc beneficium, ex solâ Dei gratiâ, quam nemini debet, ab aeterno ipsis in Christo data, obtinet, ad eos SOLOS fide justificante donandos, & per eam ad salutem infallibiliter perducendos: hoc est, voluit Deus, ut Christus per sanguinem crucis (quo novum foedus confirmavit) ex omni populo, tribu, gente & lingua, eos omnes SOLOS, qui ab aeterno ad salutem electi, & à Patre ipsis dati sunt, efficaciter redimeret. &c. Quidam igitur inter nos & Calvinianos dissensus in fundamento fidei, proh dolor! est & manet, consensus in pacem religionis nobis est & manet impossibilis; Veritas enim & Pax religionis adeò arctè connatæ sunt, ut Deus unum cum altero severè jussit, & nos unum sine altero verè colere non possimus. Vid. Zach. VIII, 19. conf. II. Cor. VI, 14. 15. II. Joh. V, 10. II.

Nota. i. S. Augustinus & B. Lutherus in fervore disputationis cum Pelagianis & Pelagianizantibus durius alqvando de Gratia & Prædestinatione locuti sunt; ita tamen ut uterque extra fervorem se satis orthodoxè explicaverit, ut abundè à nostris ex eorum scriptis hinc inde probatum. Posito tamen nullatenus autem concessio hos Magnos herœs in errores Calvinisticos de Prædestinatione verè & constantes

stanter consensisse, nihil tamen inde hodiernis Syncretistis præsidii, non enim ab Ecclesia moniti sunt de his erroribus, si autem moniti fuissent, & ut illi non resipuerent, æqvæ ac illi indigni fuissent communione religiosâ.

2. Hactenus scripta sunt prima integri alicujus systematis jam à nobis horis succisivis adornati lineamenta, integri alicujus systematis, in quo Status controversiarum hic positi sufficienter explicati, & omnes rationes hic adductæ evidenter vindicatae, edimus autem hæc prima lineamenta, ut partim nos ipsi, partim alii, principalium controversiarum Calvinianarum verum Statum, primarias nostras rationes, & harmoniam Calvinismi & Papismi in punctis internos & Calvinianos controversias haberemus sub uno aspectu, reliqua suo tempore dabimus, fruere his, benevole lector,
& Vale.

Soli DEO Gloria,



Ne hæ pagellæ maneant vacua, placet ex summa controv. Papalium repetere hoc invictum pro veritate Ecclesiæ, quam vocant, Lutheranæ argumentum:

Quæ Ecclesia ex limpidissimis fontibus Israëlis præter veræ pietatis studium etiam vivæ ac solide consolationis fundamenta afflictis peccatoribus suppeditat, illa est vera Jesu Christi Ecclesia.

Ecclesia Lutherana, non Pontifícia, nec Calviniana, ex limpidissimis Israëlis fontibus præter veræ pietatis studium etiam vivæ ac solide consolationis fundamenta afflictis peccatoribus suppeditat.

E. *Ecclesia Lutherana, non Pontifícia, nec Calviniana, est vera Jesu Christi Ecclesia.*

Maj. Matth. VII, 16. *A fructibus eorum cognoscetis eos.*

Rom. XV, 4. Nam quæcumque præscripta sunt, in nostram doctrinam præscripta sunt: ut per patientiam & consolationem Scripturarum spem habeamus.

Min. *Qvia sola Ecclesia Lutherana sufficien-
tiā & universalitate meriti Christi affli-
ctos peccatores cum Scriptura erigit,
quos meriti Christi insufficientiā Eccle-
sia Pontifícia, & particularitate Ecclesia
Calviniana contra Scripturā opprimunt.*

De

MUR. Christi.

Script. S. Rom.

5. Porro ei, qui non operatur, sed credit in eum, qui justificat impium; imputatur fides sua ad justitiam.

6. Quemadmodum & David explicat beatificationem hominis, cui Deus imputat justitiam absque operibus.

7. Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum obiecta sunt peccata.

Script. S. Heb. VII.

24. At hic (Jesus Sponsor posterioris Test.) quod idem manet in aeternum, perpetuum habet sacerdotium.

25. Unde & salvos facere AD PLENUM (πληνες) potest, qui per ipsum adeunt Deum, semper vivens, ad hoc, ut interpellat pro illis.

Sufficientia meritorum Christi.

Concil. Pontif. Trid.

Session VI.

Can. II. Si quis dixerit hominem justificari, vel sola imputacione justitiae Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia & charitate, qua in cordibus eorum per Spiritum S. diffundatur, atque illis imbareat, aut etiam gratiam qua justificamur esse tantum favorem Dei, Anathema sit.

Concil. Pontif. Trid.

Session cit.

Can. 30. Si quis post acceptam justificationis gratiam, cuilibet peccatori penitenti ita culpam remitti & reatum aeterna pena deleri dixerit, ut nullus maneat reatus pena temporali exolvende, vel in hoc seculo, vel in futuro in purgatorio, anequam ad regna celorum adire patere posse. Anathema sit.

De

CUNCTOS homines vult sal-
vos fieri, & ad agnitionem
veritatis venire.

P 5. Unus enim Deus, unus
etiam Conciliator Dei & ho-
minum, homo Christus Jesus.

6. Qui dedit semetipsum
precium redemptionis pro
OMNIBUS: ut esset testi-
monium temporibus suis.

Script. S. I. Joh. II.

E Filioli mei, hæc scribo
tobis, ne peccatis: & si quis
peccaverit, advocatum ha-
bemus apud Patrem, Jesum
Christum iustum.

Et ipse est propitiatio pro
peccatis nostris: non pro no-
stris autem TANTUM, sed
etiam pro TOTIUS MUN-
DI.

Vera hæc S. Sc. & harum congreg. in art. fu-
mentalali pugna excussit Bell. l. 2. de Just. c. 7. 8.
c. 7. ut & S. Dordr. c. 2. a. 3. 4. 5. 6. insignes verit.
atæ confessiones, quas l. c. vide, & vim verit. mi-

Art. VIII. Synodi
jicit errores eorum, q-
cent, Deum nemine
merita justa sua volunta
creuisse in lapsu Adæ,
communi peccati &
mnationis statu reling
aut in gratia ad fidem
conversione necessaria
municatione præterire

Syn. Calvin. Dor-
cap. II. doctr.

Art. VI. Synodus i
errores eorum qui im-
potionis & applicationi
stinctionem usurpant,
cautis & imperitis han-
nonem instillent: D
quantum ad se at-
omnibus hominibus ex
ea beneficia volui, co-
re, quæ per mortem C
acquiruntur.






F. Reppien.

rbema sit. O miserum anath
dubitacione de intentione alte

Conclusio

An ob diffensum in fun
sensus in pacem religionis
nobis sit impossibilis?

Resp. Fundamentum fidei
fidei, qvæ creditur, estq; vel
I. Cor. III, ii. vel *Dogmaticum*
Evangelicum de gratiosa D
Christo voluntate, fides en
angulari lapidi Christo Jesu i
tur, & in eo nititur. Eph. II, 2
tiunt à nobis Calviniani, Esse
catione reali dissolvendo, ut
gmaticum negatà harmoniâ
revelata, & negatà universalitate
E merito Christi enervando, u
& IV. Silemus de evacua
qva creditur, verbi sc. & Sac
qv. Imam & ultimam. Sile
Pontificis impr. coryphæo Je
præcipuis fidei articulis, de
singulas controversias notis
qvod ipsi Calviniani Dord
mentum ut hereticum rejec
sc. *predestinationis* decretum
tuerint. Synodus rejicit ei



the scale towards document

Patch Reference numbers on UTT
C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 1